ARCVS
CONSTANTINI
IVXTA
AMPHITHEATR.
VVLGO
COLOSEVM.



Arcum hunc Constantino posuit S.P.Q.R. ob reportatas victorias, sed præsertim ob liberatã Vrbem quam tyrãnice inuaserat et administrabat Maxentius, profligato eius exercitu longe suo licet numerosiore ad pontem Miluium ubi Maxentius ex fuga quoniam iam longius Constantino obuiam prodierat, reuersus, de ponte artificiose coniunctis lintribus composito, in Constantini ruinam, prolapsus in Tyberim, cum magna suor, manu misere perijt. Narrat Eusebius lib. 9. hist. Eccl. Constantinũ hanc victoriam obtinuisse diuinitus uirtute S. Crucis, quam dum magna suor, manu misere perijt. Narrat Eusebius lib. 9. hist. Eccl. Constantinũ hanc victoriam obtinuisse diuinitus uirtute S. Crucis, quam dubius de futuro belli exitu in cælo mira luce circumfusã uiderat his uerbis: IN HOC SIGNO VINCES: quamobrem adeo deinceps felicissimis crucis auspicijs confidit, ut eam perpetuo exercitui suo ad modum Labari præferri iusserit. Vrbem uictor ingressus non solum hic Arcus, uerum etiam statua fuit ei collocata manu dextera crucem gestans, his uerbis: HOC SALVTARI SIGNO VERA FORTITVDINIS INDICIO VRBEM NOSTRAM LIBERAVI.

Vicino al Coliseo.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=10-2-geom-00098